

Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.**Wersja sandomierska**

Rękopis Biblioteki Jagiellońskiej 4405, k. 94r–94v

Odczyt: Maciej Mikuła

Artykuł 32

[32] Si vir detinet alterum, qui ipsum vulneratur et cum clamore protestaverit.

Si^a aliquis detinet hunc, qui ipsum vulneravit in facto recenti et ipsum cum clamore ad iudicium deducit, qui sic queruletur cum proloquutore: „Domine iudex, ego cum querela propono super istum virum, quod ipse venit intra municipia vel in strata regia, [l] et in me pacem violavit, et me spoliavit in meo corpore et in bonis meis, et me vulneravit, dum pacem in me confregit. Tunc vidi ego ipsum in propria persona et proclamavi eum cum clamore, et ipsum captivum huc ad iudicium deduxi, et volo ipsum vincere per eos, qui clamorem meum audierunt, et cum meo testimonio vero, ut ius michi diffinierit. Et in sententia requiro, quomodo hoc probare debeam, ita ut michi proficiat in iure meo.” Extunc adversarius satisfacionem rectam petat pro hac querimonia, et dicat se innocentem. Ille, qui ipsum captivum in facto manifesto detinuit, facilius ipsum vincere potest cum testimonio, quam ipse captivus cum testimonio evadere possit. Si, ut iuris est, probaverit testimonio, ille solvat collum, si est homicidium, vel ad manum, si vulnus est monomochale, cum ad iudicium ipsum in facto manifesto perduxerit. Pro teste potest quivis vir alteri stare, qui in suo iure non possit argui, excepto patre [k. 94v] et fratre, et filio, <^{et b}> mercenario.

^a miejsce na inicjał S; ^b nadpisane ręką komentatora

[hasła: zranienie, skarga, gorący uczynek, pełnomocnik, droga królewska, sąd, gwar, zabezpieczenie, niewinność, zabójstwo, kara śmierci, kara ucięcia ręki, rana godna pojedynku, świadek, ojciec, syn, brat, najemnik]